

CAPUT LXII.

SUMMARIUM.

- 1 Statutum excludens forenses ab acquisitione stabiliū non comprehendit filios nec descendentes; Non impedit quin forensibus alimenta relinquuntur num. 2.
- 3 Fiscus dumtaxat exceptionem forensitatis opponit.
- 4 Subditi à Principe alienari non possunt. Et de ratione num. 5.
- 6 Feudum sine domini assensu regulariter alienari non potest. Fallit ut num. 7. Amplia etiam ex causa alimentorum num. 17. In dotem ex causa necessitatis dari potest num. 18.
- 8 Locatio ad longum tempus est species alienationis.
- 9 Vassallus ad longum tempus sine domini assensu feendum locare non potest. Rem, quam in feendum recognoscit, non potest in emphyteusim concedere num. 12.
- 10 Assensus domini in locatione feundi ad longum tempus cur requiratur.
- 11 Fideicommissi bona seu majoratus ad longum tempus locari non possunt.
- 12 Subinfeudatio sine domini assensu fieri potest; Ut valeat tria requiruntur num. 14.
- 13 Emphyteuta non potest rem emphyteuicam aliis concedere sine assensu domini.
- 14 Filius patri, & e contra, alimenta præstare concurrunt.
- 15 Jure datoris resoluto, resolvitur jus acceptoris. Declara ut num. 20.

Sicut statutum de prohibita alienatione in forenses & non impedit quominus filii, & descendentes etiam in stabilibus eorum parentibus, & ceteris ascendentibus succedant, Bim. consil. 385, num. 19, Peregr. consil. 4, num. 3, & consil. 120, n. 1, lib. 5, Rim. jun. consil. 15, n. 3, & consil. 705, n. 18, cum adductis per nos allegat. 52, num. 1, ubi decisio Senatus Mantua, & allegat. 110, n. 5, lib. 3, Joan. Franc. Andr. controv. 271, n. 15, & controv. 273, num. 1, tametsi ipse in utraque contrarium inutiliter sustinere contendant, & scriptis in eadem causa, allegat. nostra 52, lib. 3, in qua Senatus editit contra Andreolum decisionem impressam apud nos, post dictam allegat. 52, lib. 3.

2 Ita nec impedit quominus alimenta forensibus & inspecta eorum paupertate reliqui possint, Leoncill. de privileg. pauper. 164, n. 2, part. 2, Gratian. discept. 735, num. 18, & 19, animadvertisit hic sub num. 1. Quam quidem forensitatis exceptionem fiscus & dumtaxat opponere potest, ut comprobant cumulati per nos, allegat. 52, num. 8, & ibi Senatus in decisione in princ. & allegat. 110, n. 8, & seq. lib. 3, Rota in Ferrariens. manutentionis 14, Janii 1641, Priorano, & in Bononien. Primo geniture 26, Maii 1656, s. non obstant, vers. Solus fiscus Bichio.

Contra eorum voluntatem subditi à Principe alienari & nequeunt, ut post alios tradit Auctor hic num. 2, Spad. consil. 54, num. 41, lib. 1, Mart. consil. 182, num. 2, & 7, ea ratione quia domini inferiores ita vexant subditos, ut ab illis etiam & sanguinem extorquent vix dimittendo eisdem spiritum precarium, Ruger. consil. 49, num. 40, 41, & 42, Surd. consil. 323, num. 1, & 2, Bardellon. consil. 111, num. 27, Tondut. var. resolut. civil. 91, num. 4, & seq. ubi num. 8, subjungit quod sub-

diti possint invitati cum universitate Castrorum alienari.

Feudum sine assensu domini regulariter alienari & non potest, ita ut alienatio feudi aliter facta ipso jure nulla existat, Georg. Mund. consil. 5, num. 24, lib. 1, & consil. 16, num. 27, & seq. 56, & 60, lib. 2, ubi quod etiam assensus agnitorum requiratur dixi allegat. 15, num. 19, & allegat. 39, num. 5, lib. 2, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 115, n. 1, & 4, Staibani. jun. resolut. 12, n. 2, ubi tamen loquitur secundum constitutiones Regni Surd. consil. 115, ex num. 18. Andr. Censal. consil. 6, num. 13, Capyc. Galeott. controv. 16, num. 28, lib. 2, ubi quod fortior est prohibito alienationis feudi, quām rei fideicommissio subiecta, Rot. decis. 93, num. 65, part. 5, recent. & in Brixien. feudi 1, Julii 1592, num. 12, Pamphilio, impressa apud nos post allegat. 18, fol. 338, lib. 1, & allegat. 26, num. 1, fol. 476, Altograd. consil. 8, n. 9, & 10, lib. 2, Novar. de gravam. Vassall. 83, n. 10, tom. 3, Rot. coram Buratt. decis. 206, num. 23, Rub. ad decis. 131, num. 203, & num. 404, part. 8, & decis. 100, num. 3, & 18, part. 9, tom. 1, recent. Merlin. Pignatell. controv. 8, num. 12, & controv. 59, num. 15, cent. 2, cum adductis per Auctorem hic n. 3. Istud tamen intelligitur de alienatione perpetua, feuda enim temporaliter sine assensu & per possessorem alienari possunt, & durante vita ipsius feudatarii, Laruth. de feud. p. 12, dilucidat. 85, sub n. 1, vers. Primō feuda, Giurb. observ. 36, num. 5, & admittit Auctor hic num. 8, & 9, Fulgin. de emphyt. tit. de alienat. quæst. 1, num. 300.

Unde cūm locatio ad longum tempus species alienationis & reputetur ex cumulatis per Rot. decis. 26, n. 3, part. 2, divers. Spad. consil. 166, n. 3, lib. 1, Giovago. consil. 27, n. 2, lib. 2, Clar. in §. emphyt. qu. 19, Cavaler. decis. 115, n. 2, & decis. 14, num. 16, & 17, & num. 35, part. 6, recent. Altograd. consil. 5, n. 9, lib. 2, Palm. consil. 43, n. 26, in fine, & 27. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 50, n. 24, Boer. decis. 234 per totam, Antonin. de Marin. resolut. 341, num. 10, & 11, lib. 1, & resolut. 31, num. 9, lib. 2, Mart. consil. 113, n. 34, Barbos. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 30, n. 30, Clar. in §. feendum qu. 35, num. 1, in fine, cum adductis per Fulgin. de emphyt. tit. de alienat. q. 1, num. 75. Ideò Vassallus ad longum tempus & feendum sine domini assensu locare non potest ex traditis hic n. 4. Peregr. de fideicommiss. art. 40, n. 118, Cavaler. dicta decis. 115, j. totam, Sperell. decis. 120, num. 60. Cum animadversione tamen, quod assensus non requiratur ad effectum & ut dominus in concessionē feudi ad longum tempus præferatur, sed ad alios juris effectus, ex quo repugnat quem esse ejusdem rei dominum, & conductorem, ut post alios comprobant Cald. de extinct. emphyt. cap. 40, num. 40, & seq. & num. 50, Nig. de laud. qu. 40, art. 2, num. 40.

Idem quoque militare, quoad fideicommissa, majoratus & primogenituras, subjungit Auctor hic num. 6, & 7, quod nimur boni ipsius subiecta nequeunt ad longum tempus locari, Joseph. Ludovic. decis. Lucen. 64, quam allegat, & sequitur Laurent. Ursell. concl. 84, numer. 98, in verbo alienatio Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 3, n. 47, Quamobrem Vassallus & rem, quam in feendum recognoscit, alii in emphyteusim concedere nequeunt, ut præter his adductis per nos allegat. 16, n. 1, & allegat. 82, n. 15, lib. 2, Gail. de tract. public. lib. 2, cap. 14, n. 9, & 10, Georg. Mund. consil. 5, n. 33, & 34 lib. 1, Cenc. de cens. q. 72, n. 5, & q. 116, n. 2. At si ex legitimis causis semel perfecta feudi alienatio & contingit, feendum à successore nullatenus revocatur, Giurb. dicta observ. 36, num. 6.

Observationum de Alimentis Cap. LXIII.

111

CAPUT LXIII.

SUMMARIUM.

- 1 Minorum stabilia alienari non possunt nisi cum solemnitatibus.
- 2 Minor alienata per ipsum sine solemnitatibus recuperare potest; Rem nullatenus alienatam recuperat cum fructibus numer. 5. Non solum à die litis contestat, sed etiam initii contractus numer. 6. Læsus restituunt adversus contractum cum solemnitatibus gestum numer. 12.
- 3 Contrahens cum minore non adhibitis solemnitatibus non recuperat melioramenta. Declara ut num. 4.
- 7 Qui per seipsum facere non potest, nec alteri facienti consentire poterit.
- 8 Contractus à minore gestus sine auctoritate curatoris est nullus.
- 9 Curator bona minorum alienare non potest sine decreto judicis.
- 10 Juramentum supplet solemnitates in contractu minoris.
- 11 Habitatus minor ad contrahendum cum auctoritate judicis non tenetur contrahere.
- 13 Solemnitates in contractu minorum etiam utili requiruntur. Sed contra num. 14.
- 15 Pecunia sunt de illis rebus quæ servando servi non possunt.
- 16 Pecuniarum in consumptione decretum non requiritur. Fallit ut num. 17.
- 18 Molendina minorum an possint alienari sine solemnitatibus.
- 19 Pecunia sub legato mobilium continetur.
- M** Inorum bona immobilia sine decreto jucundis, causā, ceterisque solemnitatibus à jure requisitis distrahi nequeunt ex infinitis hic sub num. 1. per Authorem cumulatis: alios recensent Thomas. de tutor. & curat. titul. 18, num. 10, & 11, Buratt. decis. 410, num. 5, & seq. Franc. Baron. de effect. minor. art. 2, numer. 7, & effect. 3, Thomat. decis. Macerat. 67, num. 13, ubi quod de causā aliunde, quam ex assertione minoris constare debeat, Sperell. decis. 16, num. 26, decis. 115, numer. 30, dixi allegat. 12, n. 52, fol. 206, lib. 1, Spad. consil. 232, num. 21, lib. 2, Joan. Baptista Silvatic. consil. 44, num. 15, Merlin. decis. 444, num. 1, & decis. 646, num. 1, & decis. 775, numer. 19, & decis. 535, num. 1, & per totam Manent. decis. 7, num. 1, & seq. Joan. Franc. Andreol. contr. 3, num. 6, & controv. 136, n. 10, & controv. 296, n. 7, ubi quod nec possit se dotare minor, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 91, n. 8, ac per totum Bardell. consil. 58, num. 20, Rot. decis. 36, num. 65, p. 5, & dec. 260, n. 3, p. 6, & decis. 119, n. 5, part. 7, recent. A Coft. de privileg. credit. regul. 1, ampliat. 1, n. 5, Olea de cels. jur. tit. 2, quæst. 1, n. 1, & 2, Leoncill. de privileg. pauper. 258, num. 1, part. 2, Rota apud Pacific. de Salvian. decis. 289, num. 31, & seq. Rot. apud Pic. ad statut. urbis decis. 60, num. 13, & sequentibus & num. 31, Thesaur. quæst. forens. 75, num. 1, & per totam lib. 4.
- Prædicta vero conclusio usque adeò vera præexistit, ut nimur in alienatione rerum, immo